UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput septuagesimum nonum. Jesus justitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Visual Library

vit terram, ſtabilivit cœlos prudentia: Sapientia illius eruperunt abyſſi.

Prov. 8. 27, & ſeq. Quando præparabat cœlos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyſſos, quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos; quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.

Sap. 9. 9. Et tecum Sapientia tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & ſciebat quid eſſet placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.

Jerem. 10. 12. Præparat orbem in Sapientia ſua.

rum, quam fecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

Col. 1. 15, & ſeq. Qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates; omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant.

Ebr. 1. 2. Noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſecula.

CAPUT LXXVIII.

Jeſus electus.

PSALM. 88. 20. Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti, Poſui adjutorium in potente, & exaltavi electum de plebe mea.

Iſa. 42. 1. Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea.

Iſa. 43. 10. Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſervus meus quem elegi, ut ſciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum.

Iſa. 49. 2. Poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me.

MATTH. 12. 17, & ſeq. Ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem, Ecce puer meus quem elegi; dilectus meus, in quo bene complacuit animæ mea.

Luc. 23. 35. Et ſtabat populus ſpectans, & deridebant eum Principes cum eis dicentes, Alios ſalvos fecit, ſe ſalvum faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus.

1. Petr. 2. 4, & ſeq. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum. Propter quod continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum: & qui crediderit in eum, non confundetur.

CAPUT LXXIX.

Jeſus juſtitia.

PSALM. 71. 7. Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna.

Pſalm. 84. 12. Veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cœlo proſpexit.

Iſa. 11. 4. Judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ.

Iſa. 45. 8. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant Juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem, & juſtitia oriatur ſimul.

Iſa. 61. 11. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus germen ſuum germinat, ſic Dominus Deus germinabit juſtitiam.

Iſa. 63. 1. Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis

1. COR. 1. 30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Jeſu, qui factus eſt nobis Sapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemtio.

2. Cor. 5. 21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo.

ſuæ? Ego qui loquor juſtitiam, & propugnator ſum ad ſalvandum.

Jerem. 33. 15. *In diebus illis; & in tempore illo germinare faciam David germen juſtitiæ.*

Dan. 9. 24. *Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper Urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna.*

Mal. 4. 2. *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ.*

CAPUT LXXX.

Jeſus Juſtus dictus κατ' ἐξοχήν.

SAP. 2. 12. *Circumveniamus ergo Juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata Legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ: promittit ſe ſcientiam Dei habere, & Filium Dei ſe nominat.*

Iſa. 45. 8. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant Juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.*

Iſa. 51. 4, 5. *Attendite ad me, popule meus, & tribus mea me audite, quia Lex à me exiet, & judicium meum in lucem populorum requieſcet. Prope eſt Juſtus meus, egreſſus eſt Salvator meus.*

Iſa. 53. 11. *In ſcientia ſua juſtificabit ipſe Juſtus ſervus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.*

Iſa. 62. 1, 2. *Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur ut ſplendor Juſtus ejus, & Salvator ejus ut lampas accendatur. Et videbunt gentes Juſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit.*

Jerem. 23. 5, 6. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo David germen juſtum, & & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet judicium & juſtitiam in terra. In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſraël habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus Juſtus noſter.* Et Jerem. 33. 16.

Zach. 9. 9. *Exulta ſatis, filia Sion; jubila, filia Jeruſalem: ecce rex tuus veniet tibi Juſtus & Salvator.*

MATTH. 27. 3, 4. *Tunc videns Judas qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & Senioribus, dicens, Peccavi, tradens ſanguinem juſtum.*

Matth. 27. 19. *Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum uxor ejus dicens, Nihil tibi & Juſto illi.*

Luc. 23. 47. *Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum dicens, Vere hic homo juſtus erat.*

Act. 3. 14. *Vos autem Sanctum & Juſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam dari vobis.*

Act. 7. 52. *Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? & occiderunt eos qui prænuntiabant de adventu Juſti, cujus vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis.*

Act. 22. 14. *At ille dixit, Deus patrum noſtrorum præordinavit te, ut cognoſceres voluntatem ejus, & videres Juſtum, & audires vocem ex ore ejus.*

Rom. 3. 26. *Ut ſit ipſe Juſtus, & juſtificans eum qui eſt ex fide Jeſu Chriſti.*

Jac. 5. 6. *Addixiſtis, & occidiſtis Juſtum, & non reſtitit vobis.*

1. Petr. 3. 18. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, Juſtus pro injuſtis.*

1. Joh. 1. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & Juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.*

1. Joh. 2. 1. *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum Juſtum.*

1. Joh. 2. 29. *Si ſcitis quoniam Juſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit juſtitiam, ex ipſo natus eſt.*